

trahentes concordiam. Hoc autem ita fieri sancimus, nisi testator aper-

TIT. LIII.

DE HIS QUI ANTE APERTAS TABULAS HEREDITATEM TRANSMITTUNT.

1. Imp. THEODOS. I. ET VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

40. L. 33, l. 82, § 3, D. d. t. l. 15, in fin. l. 20, D. de legat. 1. l. 11, D. de usu et usufr. legat. — 41. L. 1, § pen. D. de usufr. accresc. — 42. Tit. de his, quas ut indigni.

TIT. LIII.

QUANDO DIE LEGATI, VEL FIDEICOMMISSI CEDIT.

1. Imp. SEVERUS ET ANTONINUS AA. Agrippæ.

Si competenti judici annua legata, vel fideicommissa tibi relicta probaveris, ab initio cujusque anni exigendi ea habebis facultatem.

6. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. Eusebio.

TIT. LIV.

UT IN POSSESSIONEM LEGATORUM, VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA MITTATUR, ET QUANDO SATISDARI DEBEAT.

1. Divus ANTON. PIUS Salvio.

3. Imp. SEVER. ET ANTON. AA. Symphoro.

D. de verb. obligat. — 3. L. 87, § 2, D. de legat. 2. — 4. Adde L. 78, § 3, D. d. t. — 5. L. 5, pr. D. h. t. — 6. L. 1, supr. de condit. insert. — 7. L. 23, D. h. t. — 8. L. 13, D. de probat. l. 77, § 14, D. de legat. 2. — 9. L. 46, in fin. D. ad SC. Trebell. l. 26, § 1, D. h. t. — 10. L. 49, § 3, D. de legat. 3; adde L. 8, D. de munerib. et honor. — 11. L. 3, supr. ad SC. Trebell. — 12. L. 6, in fin. D. h. t. — 13. L. 77, § 3, D. de legat. 2. — 14. Par. L. 64, in fin. D. de furt.

inductus es, pignoris obligatio, aut venditio ab herede intervenerit: præcedere causam tuam quam jure prætorio veluti pignus habuisti, manifestum est.

3. Imp. SEVERUS ET ANTONINUS AA. Crispine.

8. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. Zenodoro.

TIT. LV.

DE SUI ET LEGITIMIS LIBERIS, ET EX FILIA NEPOTIBUS AB INTESTATO VENIENTIBUS.

1. Imp. SEVERUS ET ANTONINUS AA. Crispine.

5. Idem, AA. ET CC. Appiano.

7. Inno vide L. 5, § 4, D. h. t. — 8. Infr. de prætor. pignor. — 9. L. 2, supr.; L. 7, infr. h. t. — 10. L. 5, pr. D. eod. — 11. L. 8, l. 3, § 1, D. de reb. eor. qui sub tut.; L. 12, D. pro emptore. — 12. L. 5, § 16, D. h. t. — 13. d. § 15. — 14. L. 2, supr. eod.; L. 12, D. ut legator. servand.; L. 77, in fin. D. de condit. et demonstr. — 15. L. 2, infr. de adm. rer. publ.; adde L. 26, D. de negot. gest.

restitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi potest. — Suppos. 6 id. februar. CC. Coxxs.

7. Idem, AA. ET CC. Æmiliana.

10. Imp. THEOD. ET VALENTIN. AA. Maximo P. P.

11. Imp. THEODOS. ET VALENT. AA. ad Senatum urbis Romæ.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

In AUTHENT. de hereditibus ab intestato, § 1, col. 9, tit. 4, ex Novell. 118, cap. 1.

In successione mortui patrisfamilias, sive filifamilias liberi ejus si sunt, omnibus aliis prælati succedunt.

TIT. LVI.

AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM.

1. Imp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. ET CC. Vivianæ.

que ab intest. — 8. § 12, Inst. de nupt. — 9. L. 2, supr. de natalib. restit. — 10. L. un. 2, supr. de caducis toll.; L. un. supr. de his qui ante apertas tab.; — 11. L. 19, supr. de collatio. nib.; § 15, Inst. de hered. que ab intest. Atrog. L. ult. Auth. in successione; infr. h. t.; N. 18, c. 4. — 12. L. 15, supr. ex quib. caus. infam. — 13. Adde L. 1, § 4, D. h. t. — 14. L. 2, § 6, D. § 3, Inst. ad SC. Tertull.; N. 118, c. 1. — 15. Atrog. pars L. 9, supr. h. t. — 16. N. 18, c. 4; N. 118, c. 1. — 17. L. 7, supr. de legib. — 18. L. 2, supr. h. t. — 19. Atrog. l. 9, supr. eod. — 20. L. 10, supr. eod.

riat, posse succedere, nulla dubitatio est. — P. P. 10 kal. april. TIBERIANO et DIONE CONS. 291.

2. *Idem*, AA. et CC. Rhesæ

In successione filii, vel filiae communis, sine liberis et fratribus et sororibus morientis, pater manumissor, quia ei sit vetus ius servatum, matri praefertur. — S. 6 id. dec. CC. CONS. 293.

3. Imp. CONSTANTIUS A. Catulino proconsuli Africe.

Matres, quae pueros amiserunt filios, licet impuberibus [eis] tutores non petierunt, praescriptione [tamen] non petiti tutores ad excludendam eorum successorem minime debere praescribi, certum est. — Dat. 6 kal. August. CONSTANTIO A. 7 et CONSTATE CONS. 354.

4. Impp. GRATIAN., VALENT. et THEOD. AAA. Eutropio P. P.

Si qua mulier nequaquam religionem priori viro, ex quo filios, seu filias non habet, nuptiarum festinatione praestiterit, ex iure quidem notissimo infamis fit, nisi huiusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: sin autem ei filii erunt, seu filiae, et impetraverit indulgentiam, infamiae abolitionem permittimus, et caeterarum poenarum antiquationem, si facultatem omnium, quae fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio, vel filiae, filiis, seu filiabus donarit, quos habebat ex viro priore susceptos, pure scilicet et omni donationis solemnitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis, seu filiabus, pluribusve donaverit, et sorte fatali unus, vel una, seu alius, vel alia ex iisdem intestatus, vel intestata obierit: semper ad superstites fratres, vel sorores volumus pertinere. Sin autem universi, vel universae intestati diem obierint, durae fortunae ad matrem solatia ex integro revertantur: ita scilicet ut hunc semissem, quem filiis, vel filiabus donaverit: intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filii, vel filiae hereditate praesumat. — P. P. 15 kal. Januar. GRATIANO 5 et THEODOSIO AA. CONS. 380.

5. Impp. THEOD. et VALENT. AA. Senatui urbis Romae.

Mater, quae defuncto filio, filiae sine liberis, ex testamento, vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii, vel filiae non contraxerit, omnia filii [seu filiae] morte delata, vel derelicta pleno iure acquirat. Sin vero alterius mariti conjugium elegerit, extrinsecus quidem quaesita filio, filiae, simili firmitate possideat: rerum vero paternarum defuncti solo usufructu humanitatis contemplatione potiar, proprietatem [et sororibus, et] fratribus transmissura defuncti. — Dat. 7 id. novemb. Ravennae, THEODOSIO 12 et VALENTIANO 2 AA. CONS. 426.

6. *Idem*, AA. Florentino P. P.

Omnem [matri] sive ab intestato, sive iure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandam volumus successorem, si ea legitima liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum praestitum aspiravit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelae gestae, persolverit. — Dat. 7 id. Jul. Constantinopoli, THEODOSIO A. 16 et FVESTO CONS. 459.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P.

Si quis, vel si qua, matre superstitie, et fratre vel legitimo, vel sola cognationis iura habente, intestatus, vel intestata decesserit: non excludi a filii successione matrem, sed una cum fratre mortui, vel mortuae, si superstes vel filius, vel privignus ipsius sit, ad eam pervenire, ad similitudinem sororum mortui, vel mortuae: ita tamen, ut si quidem solae sorores agnae, vel cognatae, et mater defuncti, vel defunctae supersint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam [partem] omnes sorores habeant. Sin vero matre superstitie et fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus intestatus quis, vel intestata moriatur, in capita distribuatur eius hereditas: nec liceat matri occasione sororum mortui, vel mortuae amplius partem sibi vendicare, quam rata portio capitum exigit: patruo scilicet mortui, vel mortuae: et ejus filio, vel nepote nullum jus ad ejus hereditatem [matre [ejus] herede existente] habentibus: nec ex veteribus legibus, vel constitutionibus partem matris minui. — § 1. Sin autem defuncta persona non solum matrem, et fratres, et sorores superstites habeat, sed etiam patrem: si quidem sui juris decessit, quia patris persona interveniens matris jura superare videtur: omnibus pio animo providentes, sancimus fratres quidem, et sorores mortuae personae ad successionem proprietatis solos

4. L. 2, § 15, D. 25, Inst. h. t.: L. 10, D. de suis et legit. hered.: confer L. ult. § 1, inst. h. t. — 5. L. 6, inst. eod.: L. 2, supr. si advers. delict. — 6. L. 1, supr. de secund. nupt. — 7. L. 15, supr. ex quib. caus. infam.; N. 22, c. 21. — 8. § 3, vers. frater, inst. h. t.: confer L. 7, inst. eod. — 9. For. L. 7, in fin. D. si tabulae testam. nulla extab. — 10. N. 2, c. 3; N. 25, c. 25. — 11. L. 5, supr. h. t.: L. 10, inst. de legit. hered.; N. 22, c. 40; add. L. 6, inst. in quib. caus. pign. tacite contr. — 12. Adrog. L. 4, vers. quena quidem, supr.; § 3, vers. fra-

pro virili⁴ portione vocari: patri autem, et matri usumfructum totius successionis pro besse competere, aequa lance inter⁵ patrem et matrem dividendum, reliqua parte usufructus apud fratres et sorores remanente. Sin vero defuncta persona in sacris patris constituta decesserit: pater quidem usumfructum quem et vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum: mater autem, quia [hunc] usumfructum habere vivente patre non potest, totum apud patrem constitutum: una cum fratribus defunctae personae ad proprietatem vocetur, scilicet cum sororibus sola in dimidia⁶, cum fratribus, vel promiscui generis secundum praedictam distributionem in virilem portionem: omnibus videlicet, quae de mulieribus ad secundas nuptias migrantibus sancita sunt, in suo statu durantibus. — Dat. kal. Jun. Constantinop. DN. JUSTINIANO A. P. P. CONS. 528.

In AUTHENT. de nupt., § Quoniam mater, col. 4, tit. 1, Novell. 22, cap. 47.

Et cum solis fratribus, et cum solis sororibus, et cum permixtis vocantur matres in virilem portionem.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cogn., § Sancimus itaque, § Si vero contigerit, col. 8, tit. 16, al. 12, Novell. 115, cap. 4.

In testamento quoque non licet liberis parentes excludere, nisi justa causa exheredationis inferatur, quae septenario numero nova constitutione distribuatur: a quoquin rescinditur testamentum circa institutiones: nam in caeteris perseverat.

In AUTHENT. de hered. ab intestat., venient, § consequens et § sequenti, col. 9, tit. 1, Novell. 148, cap. 2.

Defuncto sine liberis filio, parentes, si soli sunt, succedunt salva gradus sui prerogativa: si pari gradu sunt, pariter succedunt: paternis quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet sit dispar eorum numerus. Sed si cum parentibus fratres et sorores utriusque defuncti conjuncti supersint: vocantur cum ascendentibus gradu proximis, ita ut viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus et patriae potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum sit mentio.

TIT. LVII.

AD SENATUSCONSULTUM ORFITIANUM.

1. Imp. ALEXANDER A. Euangelo.

Si intestatae mulieri consanguinei exstant, et mater, et filia, ad solam filiam ex senatusconsulto Orfitiano hereditas pertinet. — P. P. 15 kalend. februar. Fusco 2 et DEXTRO CONS. 226.

2. Impp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. et CC. Metrodora.

Non pro numero superstitum mortui matris tempore: sed succedentium materna scinditur hereditas. Quapropter si mater vestra, et uno fratre emancipatis: duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus, diem functa est: et hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam mater hereditatem sibi quaerent, rebus humanis exempti sunt: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. — S. 7 kal. april. Sirmii, AA. CONS.

3. *Idem*, AA. et CC. Juliane.

Matri intestato defunctae secundum Orfitianum senatusconsultum, citra bonorum possessionem filia⁴ pro herede gerendo, succedere non prohibetur. — S. 12 kal. novemb. AA. CONS.

4. Impp. GRATIAN., VALENTINIAN. et THEODOS. AAA. ad Hilarianum P. V.

Quotiens de emancipati filii, filiae successione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio: neque ulla [defuncti] defunctae patri, matri⁵ concedatur intestatae successionis hereditas. — Dat. 15 kal. Mart. Mediolani, MERBAUDE 2 et SATURNINO CONS.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

Si qua illustris mulier filium ex justis nuptiis procreaverit, et alterum spurium habuerit, cui pater⁶ incertus sit: quemadmodum res matris ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos justos, sive etiam [ad] spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento, neque ab

ter. Inst. h. t.: Auth. et cum solis, Auth. defuncto, inst. eod. — 4. Confer L. 15, inst. de legit. hered. — 14. L. 11, supr. famil. erisce. — 15. Adrog. L. 2, § 15, D. 25, vers. pater, Inst.: L. 2, supr. h. t. — 16. Adrog. Auth. et cum solis, inst. eod. — 17. L. 1, D. de testam. pr. Inst. h. t.: Ter. LVII. — 1. Lib. 38, D. 17; Lib. 3, Inst. 4. — 2. L. 1, D. ad SC. Tertull. pr. Inst. h. t.: fer. L. 4, inst. eod. — 3. L. 7, supr. de iure deliber. — 4. For. L. 4, inst. tit. prox. — 5. L. 1, supr. h. t. — 6. § pen. Inst. de nupt.; add. N. 89, c. 14.

intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis, et illustribus (quibus castitatis observatio praecipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum, satsque acerbum, et nostris temporibus indignum esse iudicemus. Et hanc legem ipsi pudicitiae, quam semper colendam censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina liberae conditionis constituta filium, vel filiam ex licita⁷ consuetudine ab homine libero habita procreaverit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quae iure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio est. — Dat. 45 kal. octob. Chalced. Decio V. C. CONS.

6. *Idem*, A. Juliano P. P.

Quidam ancillae suae per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram⁸ in libertate praestanda faciente, peperit ancilla; et esse [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui post moram nati sunt, omnes veteris iuris auctores consentiant: dubitabatur autem inter eos, si matri morientis posset succedere: huiusmodi itaque dubitationem eorum decedentes, ulterius eam procedere non patimur: sed sancimus eandem matris progeniem heredem ab intestato ei posse existere: salvo iure legitimo ex auctoritate senatusconsulti Orfitiani proli servando, et tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus. — Dat. kal. octob. Constantinopol. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. CONS. 530.

TIT. LVIII.

DE LEGITIMIS HEREDIBUS.

1. Imp. ALEXANDER A. Cassio et Hermionae.

In successione, quae titulo consanguinitatis vel in bonorum possessione, quae proximitatis nomine competit, tam fratres, quam sorores pari iure esse, licet⁹ non [ex] eadem matre suscepti sunt, jus certum est. Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab avo vestro dotatas fuisse proponitis. — P. P. non. Maji, MAXIMO 2 et AELIANO CONS. 224.

2. Imp. GORDIANUS A. Tatianae, et aliis.

Si ejus, quae vos heredes instituit, patri hereditatem non quaesistis, posteaque mortuo patre, ac repudiata ejus hereditate, defunctae successionem agnovistis: ea, quae bonorum sunt defunctae, ab his separari, quae patris vestri fuerunt, praesens provincia non ignorabit. — P. P. 6 id. april. GORDIANO A. et AVIOLA CONS. 240.

3. Imp. DECIO A. Asclepiodote.

Consanguinitatis iure, et feminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati juris est. Proinde cum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis iure hereditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filii⁵ ad eandem successionem aspirare desiderant: nam et cessante iure agnationis in persona omnium, praetorij iuris beneficio ad te potius, quae secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. — P. P. non. decemb. DECIO C. et GRATO CONS. 251.

In AUTHENT. de hered. ab intestato venient, § reliquum, col. 9, tit. 1, Novell. 148, cap. 2, et ut fratres fin., § 1, col. 9, tit. 40, al. 7, Novell. 127, cap. 1.

Cessante successione lineae descendens, et ejus quae sola sit ascendens, vocantur primo fratres, fratrisque praemortui filii in stirpes. Dico autem de fratre, ejusque fratris filii, qui ex utroque parente contingunt eum, de cujus hereditate nunc agitur: quae personae veniunt, et sine defuncte nunc personae parentibus, et cum proximis gradu ascendentibus. Et quidem praedicti fratris filii, et si tertio gradu sit, praefertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus, et emancipationis cessat.

In AUTHENT. de hered. ab intest., § His autem non, et § Illud, col. 9, tit. 1, Novell. 148, cap. 5.

Post fratres autem ex utroque parente, et eorum filios admiuntur ex uno latere fratres, sororesve: cum quibus et filii eorum, si qui ex

7. L. 5, D. de concubinis. — 8. L. 1, § 5, pr.: L. 2, § 5, in fin. D. ad SC. Tertull. — 9. Lib. 38, D. 16; N. 118, c. 3. — 2. Confer. N. 84, c. 1, § 1. — 3. L. 14, inst. h. t.: adrog. Auth. cessante; inst. eod. — 4. L. 5, supr. ad SC. Orphit. L. 5, D. unde legit. — 5. Adrog. Auth. post fratres, supr. h. t. — 6. Adrog. d. Auth. — 7. Add. L. 12, D. de testam. fecere poss. — 8. Auth. defuncto, supr. ad SC. Tertull. — 9. L. 6, in fin. supr. d. t.

eis jam decesserint. Hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus, praefertur proculdubio ejusdem defuncti patris, et aliis similibus: et in his successionebus omnino cessat sexus, et agnationis ratio.

In AUTHENT. de hered. ab intest. venient, § Si vero neque, col. 9, tit. 1, Novell. 148, cap. 3.

Post fratres, fratrumve filios vocantur quicumque gradu sunt proximiores: ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum, et foeminarum. Sola namque cognatio spectatur in tabulis. Fiet autem divisio in capita, et non in stirpes.

4. Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Caecilio.

Si aut nullum testamentum nepos patris tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, et agnationis iure successio ejus tibi delata est, etiam citra⁴ bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es. — P. P. idid. Jul. ipsi AA. 4 et 5 CONS. 290.

5. *Idem*, AA. et CC. Capillae.

Ad intestati successionem agnationis⁵ quam proximitatis iure venientes haberi potiores, certum est. — Supp. 16 kal. Jul. Sirmii, AA. CONS.

6. *Idem*, AA. et CC. Claudiana.

Defunctis suis extantibus heredibus, et abstinentibus, vel repudiantibus hereditate, frater jure consanguinitatis succedere potest. — Supp. kal. Januar. AA. CONS.

7. *Idem*, AA. et CC. Amiano.

Patruo, ac materterae tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponitur⁶. — S. 17 kal. Jul. Sirmii, CC. CONS.

8. *Idem*, AA. et CC. Silano.

Si his, de quorum successione agitur, apud hostes defunctis, secundum legis Corneliae⁷ beneficium iure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. — S. non. Jul. Sirmii, AA. CONS.

9. *Idem*, AA. et CC. Demagora.

In successione intestatae sororem⁸ quam aviam, vel avum maternum, haberi potiores non ambigitur. — S. 6 kal. Jul. Nicomediae, CC. CONS.

10. Impp. THEOD. et VALENT. AA. ad Florentium P. P.

Sciant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem ei secundum legem non petierint⁹ intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive iure substitutionis, successionem ejus; si¹⁰ impubes moritur, denegandam esse. — Dat. 5 id. Jul. Constantinop. THEODOSIO A. 17 et FVESTO CONS. 459.

11. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

Si ab eo, qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem¹¹ fieri postulaverit emancipationem liberorum, petita sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima iura per emancipationem extinguantur: eadem iura tam emancipato vel emancipatae contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionebus, et tutelis, necnon caeteris serventur intacta¹²: collationibus tamen ab his secundum ea quae super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerit, utpote peracta emancipazione, faciendis. — Dat. 18 kal. August. PROB et AVIANO jun. CONS. 505.

12. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

Si major quinquagenaria¹³ partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri succedere, et hereditatem ejus nascisci, a Caesariana¹⁴ advocacione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis¹⁵ huiusmodi partus inveniat, et raro¹⁶ contingat; nihil tamen eorum, quae probabiliter a natura nascuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacunque lege liberis praestitum est, hoc merum atque immutatum huiusmodi filiis, vel filiabus servari in omnibus successionebus: sive ex testamento, sive ab intestato, et summam, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum et anteriori nostra lege¹⁷ huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes. — Dat. 9 kal. novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo, 532.

L. 6, inst. in quib. causis pignus tac. contr.; N. 22, c. 40. — 10. For. L. 3, supr. ad SC. Tertull. — 11. L. 3, inst. de emancip. — 12. L. ult. inst. h. t.: § ult. Inst. de legit. adnat. success.; L. 4, supr. de legit. tut.; L. 5, supr. de curat. furios.; — 13. L. 27, supr. de nuptiis. — 14. L. ult. supr. de pact.; L. 27, inst. de fidejussorib. — 15. For. L. 21, pr. D. de action. empti. — 16. L. 5, D. de legib.; L. 64, D. de reg. jur. — 17. L. 27, supr. de nuptiis.